



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CCCLXXXVII. Ablassbrief des Papstes Sixtus für das Catharinen-Kloster in Stendal, am 17. März 1472.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

rent, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam huiusmodi dictis protectoribus facte concessionis explicatio impediri possit quomodolibet uel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre aduocationis, extensionis, reuocationis, cassationis, irritationis, anullationis, mandati restitutionis, repositionis, reintegrationis decreti et voluntatis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome, apud Sanctum petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, septimo Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo. Quibus quidem litteris apostolicis per nos diligenter inspectis dicti fratris Guillelmi procuratoris supplicationibus annuentes easdem litteras transsumi et exemplari ac in publicam Transsumpti formam redigi mandauimus nostramque ordinariam et dicte curie Casuarum camere apostolice interposuimus pariter et decretum, volentes et eadem auctoritate decernentes, quod huic presenti publico Transsumpti instrumento sicuti eisdem litteris originalibus in iudicio et extra plenaria fides adhibeatur. Datum et Actum Rome, in domo habitationis mee sub proprii sigilli dicte curie appensione, Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, Indictione Quinta, die vero quarta mensis Junii, Pontificatus prefati Sanctissimi domini nostri, domini Sixti pape Quarti Anno Primo, presentibus ibidem discretis uiris magistris Antonio de vulterris et Cincio de Viterbio, dicte curie notariis, Testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Nach dem Originale des Stendalschen Ratharchives.

CCCLXXXVII. Ablassbrief des Papstes Sixtus für das Catharinen-Kloster in Stendal,
am 17. März 1472.

Sixtus, episcopus, seruus seruorum Dei Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Licet is, de cuius munere ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter seruiatur de abundantia sue pietatis, que merita supplicum excedit et vota seruientibus sibi multa maiora retribuit, quam valeant promereri, nihilominus tamen desiderantes domino reddere populum acceptabilem et bonorum operum sectatorem fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectiuis muneribus indulgentiis uidelicet et remissionibus ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cum itaque sicut accepimus monasterium monialium sancte Catharine opidi Stendal ordinis Sancti Augustini Halberstadenensis dioceseos nouiter fuerit erectum illiusque structure et edificia ex redditibus et facultatibus dicti monasterii, qui tenues sunt et ad hoc non sufficiunt, debite perfici et manuteneri seu conseruari ac predicti monasterii Abbatissa pro tempore existens et conuentus ex eis se commode sustentari non possint, sed Christi fidelium suffragia sint eis quam plurimum oportuna, Nos cupientes ut ecclesia ejusdem monasterii congruis honoribus frequentetur et ipsum monasterium in structuris et edificiis huiusmodi perficietur et manuteneatur siue conseruetur et ipsi Christi fideles eo libentius causa deuotionis confluant, ad eandem ecclesiam ac ad perfectionem et manutentionem seu conseruationem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se resectos; de omnipotentis dei misericordia

et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in pentecostes ac dicte sancte Catherine festiuitatibus a primis vesperis usque ad secundas vespers ipsam ecclesiam deuote visitauerint annuatim ac ad perfectionem et manutionem seu conseruationem huiusmodi manus porrexerunt adutrices, singulis festiuitatibus eisdem septem annos et totidem quadragenas de inunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus presentibus perpetuo futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod si alias visitantibus dictam ecclesiam aut ad perfectionem et manutionem seu conseruationem manus porrigentibus adutrices seu alias inibi pijs elemofinas erogantibus vel alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes litere nullius existant roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum petrum, Anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, sexto decimo Kl. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Marcellus.

Gerckens Fragm. VI, 47—49. — Das Original befindet sich in der Sammlung des Altmärk. Vereins zu Salzwedel.

CCCLXXXVIII. Der Rath zu Lübeck, der zu dem vom Markgrafen Albrecht in der Castorfschen Sache anberaumten Rechtstage seinen Syndicus sendet, bittet den Rath zu Stendal, diesem Assistenz zu leisten, am 11. April 1472.

Vnsen fruntliken grut mit vermogen alles guden touorn. Erfamen vorsichtigen Heren, besunderen guden frundes. So wy Juw vaken vnnnd vele van wegen der gudere deme Erfamen Heren Hinrike kastorpe, vnser Stad Borgermestere, vnnnd etliken anderen vnser borgeren tobehoerende vnnnd en afhendich gemaket gescreuen hebben, dar vp wy Juwe mannichuoldigen schriffte ok wedder entfangen hebben, So de breue an beiden dat vterliken vorclaren, Vnde wante gy Juw denne vmme sodaner gudere wederkeringe tobefchende oft der na erem werde betalinghe to donde by Juwem gnedigen Heren Marggrauen Alberte etc., dem wy ok latest gescreuen hebben, fruntliken bearbeitet vnnnd bewiset hebben, des wy Juw gudliken bedancken, Vnnnd alle denn de ergemelte Juwe gnedige Here vns wedder to antworde gescreuen heffi, dat de erfcreuen Her Hinrik vnnnd de anderen vnser borger, den sodane erfcreuen gudere tokommen, by zine gnade to Tangermunde des negesten Donredages na misericordias domini tokomende schicken scholen, dar vp se den Erbaren mester Johannes Osthusen, In beiden Rechten doctoren, vnser Syndicum, vthgeferdicheit hebben, Vnnnd also yd denn mit Juwen Radessendeboden bespraken is, das gy Juwen vlyt by dem obgenanten Juwem gnedigen Hern don willen; Hyrumme is vnser fruntlike beghere mit slitiger andacht biddende, gy noch dorch Juwe merckliken Radessendeboden by deme erfcreuen Juwem gnedigen Hern mit todat des vorseuen vnser doctoren vnnnd Sindici vorarbeiden vnnnd slitigen vortsetten laten willen, dat de erfcreuen vnser Borgermester Her Hinrik kastorp vnnnd de andere vnser borgere, den eynsodans mede to kumpt, eres afhendigen geldes vnnnd gudes na langem vorfolge dar vmme bescheen to wedderkeringe edder betalinge dessulften geldes vnnnd gudes komen mogen, So gy Juw mit todat der Erfamen Juwer frunde van Soltwedel, den wy ok In geliker formen gescreuen hebben, hyr Inne surder woll gutliken bewisende werden, dar ane